



Boehmer Tzgr. 1798 nr. 1 d ist hinter } eingeklammert.  
1798 nr. 4 b odaM " "  
" nr. 9 c

28

DISSE<sup>T</sup>AT<sup>O</sup> IN AVGVRALIS  
DE  
**TVSSI CONVVL<sup>S</sup>IVA ET ASTHMATE  
ACVTO INFANTVM MILLARI**

1738,  
46

GRATIOSI MEDICORVM ORDINIS AVCTORITATE  
PRO SVMMIS  
**IN VTRAQVE MEDICINA HONORIBVS  
CAPESSENDIS  
PRAE<sup>S</sup>IDE**

**D. FRIDERICO LVDOVICO  
KREYSIG**

PHILOS. ET MED. DOCT. PATHOL. ET CHIRVRG. PROF. PVBL.  
ORD. VICAR. SOCIET. OECON. LIPS. SODALI HONOR.

DIE XXI. MENS. IULII C<sup>1</sup>CC<sup>1</sup>CC<sup>1</sup>XCVIII.

H. L. Q. C.

AD DISPV<sup>T</sup>ANDVM PROPONIT

A V C T O R  
**IOANNES AVGVSTVS SVLZBERGER**  
LVBEN<sup>A</sup> - LVSAT<sup>V</sup>S  
MEDICINAE CANDIDAT<sup>V</sup>S.

VITEBERGAE,  
LITERIS TZSCHIEDRICHIL

DIGESTA LIBRIS ACADEMIAE

THEATRI CONVENTUS ET ASTHMA  
ACADOTI IN ANTIKUM IN ALBA

ALBIO  
CLOTHORUM MEDICINA ET CLOTHORUM  
SUMMI

IN VITRO MEDICINA HONORIBVS

CLOTHORUM

PRÆSIDIIS

D. THOMASICO LYDOWICO

KRISTIE

ACADOTI IN ANTIKUM MEDICINA ET CLOTHORUM  
MEDICINA HONORIBVS

ALBIO  
CLOTHORUM MEDICINA ET CLOTHORUM  
SUMMI

IN VITRO MEDICINA HONORIBVS

D. THOMASICO LYDOWICO

KRISTIE

ACADOTI IN ANTIKUM MEDICINA ET CLOTHORUM  
MEDICINA HONORIBVS

ALBIO  
CLOTHORUM MEDICINA ET CLOTHORUM  
SUMMI

IN VITRO MEDICINA HONORIBVS

D. THOMASICO LYDOWICO

KRISTIE

ACADOTI IN ANTIKUM MEDICINA ET CLOTHORUM  
MEDICINA HONORIBVS

D. THOMASICO LYDOWICO

KRISTIE

ACADOTI IN ANTIKUM MEDICINA ET CLOTHORUM  
MEDICINA HONORIBVS

D. THOMASICO LYDOWICO

KRISTIE



V I R O  
DOCTRINA MERITISQUE GRAVI  
**IOANNI CHRISTOPHORO HORNEMANN**  
ORDINVM PROVINCIALIVM LVSATIAE SVPERIORIS  
SYNDICO IVRI DICVNDO IN DYNASTIIS COMITIS  
A BRVEHL PRAEFECTO BENEFICIIS PATRI

V I R O  
ILLVSTRI ATQVE EXCELLENTISSIMO  
**IOANNI FRIDERICO DÜRISCH**  
SERENISSIMO PRINCIPI ELECTORI SAXONIAE A CON-  
SILIIS COMMISSIONVM ET PRAEFECTVRARVM CHE-  
NICENSIS, SAXOBVRGENSIS ET FRANKENBER-  
GENSIS PRAEFECTO

V I R O  
EXPERIENTISSIMO EXCELLENTISSIMO  
**D. IOANNI HEDWIG**  
BOTAN. PROF. LIPS. SOCIET. CAES. NATVR. CVRIOS.  
SOCIET. SCIENT. LONDINENS. ET STOCKHOLMIENS.  
SOC. PHYS. SOCIET. BEROLINENS. ET ZVRICH. NEC NON  
MEDIC. ET CHIRVRG. IBID. SOC. HONOR. UT ET MARCH.  
POTSDAM. ITEM ERFORD. SOCIET. MATHEM. PHYS.  
SOC. ATQVE SOCIET. OEC. LIPS. MEMBRO

PATRONIS INDVLGENTISSIMIS  
IN SIGNIBVS RERVM SVARVM FAVTORIBVS

VIRG

DOCTRINA MERITISSIMA GRAVI

JOANNI CHRISTOPHERO HORNEMANI

HVN

SCIENTIAE THEOLOGICAE TAVARIAE AVARICIOSIS  
EXERCITO. TARI DICANOS IN DUCATIS COMITIA  
TAVARIAE AVARICIOSIS PERNITI

VIRG

IMMORTALIS ALIAS EXCELSITISSIMA

JOANNI FRIDERICO DURISCH

MISERICORDIA ET BENEFACTIO  
SCIENTIA COMMUNICANDA ET PROPAGANDA CERUM  
INGENUUS SCIENTIA COMMUNICANDA ET PROPAGANDA CERUM  
DURISCH PERPETUA

VIRG

INVENTISSIMA INVENTISSIMA

D JOANNI HEDWIG

SCIENTIA PROB. LIBER. SOCIED. CAV. NATVRA. CAV. OPO  
SCIENTIA SCIENTIA LONDINENSIS. SCIENTIA COMMUNICANDA  
SCIENTIA SCIENTIA HEROLDINENSIS. SCIENTIA SACRIFICI. SCIENTIA  
HEDWIG. + CHIUS. SCIENTIA MATH. ET TAVARIA  
TAVARIA. TAVARIA. SCIENTIA. MATH. ET TAVARIA  
SCIENTIA SCIENTIA MATH. ET TAVARIA

SACRVM ESSE VOLVIT

FATIGONIS INDIA GENTILISSIMA

INGENUITAS REFORMATORUM TAVARIAE

AUTOR.

**Q**uanti momenti sit studii pathologici dignitas ita inter omnes medicos constat, ut huic scientiae primum inter disciplinas medicas locum tribuendum esse nemo non concedat. Iure igitur meritoque introitus totius medicinae nominatur; quoniam praxis medicinae in ea fundata est, i. e. rationalis illius artis quae nihil sine ratione sufficiente suscipit, nec incaute methodo illa rudi empirica vtitur. Quodsi autem morborum doctrinam in vniuersum iam perdifficilem esse, quisque perspectum habet, eorum maxime quibus infantuli plectuntur, cognitionem difficillimam iudicandam esse, vix insciandum erit. Hisce de difficultatibus satis edocti, celeberrimi saepe medici ipsi confidentur, opem aegrotis infantulis ferendam Deo soli fere esse relinquendam. Sed vero quo maioribus difficultatibus, morborum qui in hanc aetatem cadunt, curatio premitur, eo maiori cum studio eosdem investigare et absconditam eorum naturam eruere debemus. Omne quidem impedimentum per rite formatam diagnosis tolli posset, sed vero hoc difficillimum erit superatu. In infantibus enim, qui nondum fari, nec passiones corporis sui clare internoscere possunt, medicus saepe non nisi per solas coniecturas naturam affectiōnum quodammodo assequi potest. Status morbos indagatio vel tractatio eiusmodi aegrotorum, qui non loqui possunt, a medicina veterinaria prorsus non abest. Accedit ad hoc, quod laesarum actionum vel symptomatum aegroti infantis facies externa, morbi saepe magnitudini non respondet. Certum enim est, in morbos infantum saepe peiora symptomata efficere, quam in adultis, quia ob maiorem irritabilitatem systematis neruorum et propter maiorem omnium actionum agi.

A

2

litatem ab unius partis laesione ceterae fere omnes partes celerrime in consensum trahantur. Quanta v. c. et quam periculosa symptomata a cruditatibus primarum viarum solis, in lactantibus accidunt? In memoriam porro reuocanda sunt symptomata in dentitione occurrentia; a vermis et impuritatibus bilioſis repetenda. At non minus saepe difficultis est morborum infantilium recte ceteroquin perspectorum curatio, quoniam primo medicaminum dosis non semper accurate satis definire possumus, et quia saepe praeter expectationem ab irritabilitate aucta pessima mala producantur. Praeterea non semper fieri potest, vt palatum infantum decipiatur, aut, quamuis semel hoc factum est, vt repetita vice decipi se patientur. Raro vis est adhibenda quoniam saepe pessima hinc symptomata oriuntur; quam difficillimum porro est omnne regimen ita ordinare, vt congruo medicaminum visui respondeat? Quodsi hoc rite perpendamus, et si, infantiles morbi saepe diathesis ad morbos, qui per omnem vitam deinde perdurant, relinquere, animo voluamus morborum, qui teneram hanc aetatem afflignant, tractatio omnem boni et integri medici attentionem in se certe conuertere debet. Quae cum ita sint equidem lectorum benevolentrum indulgentiam expecto, si pro materia dissertationis inauguralis nunc conscribendae, morbos quosdam infantiles breuiter tractandos mihi elegerim, qui externa facie sibi similes, natura vero non parum dissimiles, ceterum ob periculum cum iis coniunctum maximi omnino momenti sunt; sunt autem ii, *Tussis convulsua et Asthma acutum a Mil-lar primo accuratissime descriptum*; horum quidem prior quamuis sat cognita est et methodi eidem medendi plures decantatae sunt, tamen cum pertinax morbi genus adhuc sit, ego vero in epidemia per aestatem anni 1797 regnante sub Praefidis Grauissimi et Experientissimi auspiciis felicissimo cum successu pluribus in casibus malum hoc tum ipse tractavi, tum tractatum ab eodem obseruavi, vix in vituperium

incurrere credam, si, quali methodo vi fuerimus, hic exponam. Alter vero morbus, nempe asthma acutum infantum, eo magis a me tractandum esse credidi, quo magis anceps est, quod hunc morbum circumdat, periculum; maxime cum non tam plures de eodem a me, dictis editae sint descriptiones, nec facilior medendi methodus adhuc conslet; ego vero triplici in casu eundem obseruandi et nova methodo duplici vice felicissimo cum cunctu curandi occasione potitus sum. Ita autem argumentum meum tractaturus sum, vi, praemissis quibusdam generalioribus, quae ad utriusque morbi historiam, diagnosis et curationem spectant, proprias deinde huc pertinentes obseruationes enarram.

*Tussis comulsiua* est morbus infantili et iuuenili aerati praesertim familiaris, interim et homines ad vigesimum primum usque annum et ultra inuidit. Cernitur autem hic morbus in tussi epidemica, totum pectus concutiente, suffocante sub qua inspiratio alta anhelosa cum sibilio, asini cicalatum aemulante, expirationem longe protractam et toties interruptam sequitur, et quae insultus suos, screatu pituitoso vel sanguineo aut vomitu semper finiendos, saepissime in die renouat. *Asthma vero conussum* consistit in difficultate respirandi summa, impetuoso intrante, post aliquot tempus remittente et paroxysmos suos post 8—12 horas et ultra maiori semper cum vehementia et cunctis renouante, tandemque nisi iusta medela adhibetur, interitum certum producente, cum qua vel nulla vel leuis tantummodo tussicula, semper vero raucedo et sonus profundus fortis simulque clangofus sub inspiratione animaduertitur.

His in antecessum monitis iam ad utrumque morbum clarius adumbrandum accedo et primo quidem de *Tussi comulsiua* verba faciam. Ut autem symptomata et paroxysmos morbi distinctius descri-

bamus et morbum eo clariorem reddamus, optimum erit, si eundem secundum stadia, intra quae notabilis mutatio vel in melius vel in deterius sece manifestat, pertractamus. Auctores in diuisione stadiumrum morbi non conueniunt, dum alii duo tantum a) nempe catarrhale et spasmaticum, alii autem tria, b) nimurum catarrhale, convulsuum et denique stadium, quod priores sequitur, assumunt. Periodus prima, quae circiter per quatuordecim dies durat, ingressus tussis catarrhalis penitus similis est. In eo tantum a morbo prouersus catarrhali differt, quod nec coeli temperie, nec exactissima cura ea mutari et eueri possit. Facillime medici hac in periodo falluntur, priusquam eius indoles per curationem plurium aegrotorum satis est cognita. SCHAEFFERVS *prima periodi stadium* quatuordecim dies comprehendere, morbumque hoc in stadio ab omni alia tussi, qua infantes tam facile afficiuntur, non bene discerni, magna tamen cum probabilitate si morbosam anni constitutionem nescimus, expectari posse, quia periodus catarrhalis convulsuum in omni fere epidemia antecedere, et morbus ipse cum secunda rarissime incipere soleat, docet. Symptomata hoc in stadio occurrentia sunt, motus febres leues, typum febris tertiana intermittens saepe obseruantes, grauitas capititis, ophthalmia sicca vel humida, narium siccitas, horripilatio, somnolentia vel somnus perturbatus. *Secundum stadium*, quod nunc sece manifestat, atque medicum ab omni dubitatione liberat, per vehementia symptomata cognoscitur. Tussis nunc magis convulsiva et vehementior redditur, periodicis insultibus reuertitur; qui per dimidiam minutae partem usque ad unam vel alteram adeo perdurant. Tussis ipsa in inspiratione alta quidem et longa, sed molesta et cum singu-

a) C. G. TIETZEN *Diss. de Tussi convulsiva*, Viteb. 1795.

b) *Ueber die Bebandlung der Kinderkrankheiten nach ARNSTRONG*, von D. C. G. SCHAEFFER, Regensb. 1792.

lari clangore, quem cum galli voce aut asini eiulatu, comparare posses, coniuncta, quam exspiratio saepissime interrupta sequitur, cernitur. Sub quolibet insultu infantum facies vna cum labiis conspicitur coerulea, oculi ex orbitis egrediuntur lacrymasque fundunt, et narium cauitate ingens muci copia effluit, manus et pedes saepe sunt rigidi, tremescunt et spasmo afficiuntur, corpus sudore frigido quasi scatet, aegroto suffocatio minatur. Larynx simul irritata ab aere adueniente valde constringitur; dolor capitis vehementer vrget, pulsus est celer, vomitus circa finem paroxysmi plerumque ingruit, vel muci tenacis lacte vel cerulei certe, copia ex pectore per tussim propellitur, totum interdum corpus fit rigidum, vel mictio accedit involuntaria, ex oculis, naribus et ventriculo adeo nonnunquam sanguis effunditur; finito autem paroxysmo aegroti lassitudinem ingenitatem percipiunt. Peculiare quid est, quod hac in vehementi tussi fauces vix magna raucedine inuaduntur, et vox magis sonora manet, quam in simplici catarro. Sensatio titillans in scrobiculo cordis, quae ad spinam dorsi usque extenditur, pro signo nouum insultum praefagiente habetur. Reuersonis eiusmodi insultus tempus determinatum non est. Plerumque post pastum accedit, tempore vespertino nocturno et matutino. Omnes irritationes v. c. ira, terror, potus frigidus aut spirituosis, pastus etc. insultus mox afficiunt. Extra paroxysmum secretiones inconstantes sunt, vrina mox alba, mox aquosa, mox quodammodo turbida. Illud tamen magis statim post paroxysmum, quam eo durante. Appetitus et evacuationes aliinae non minus sunt inconstantes. Secundum stadium saepe tres usque ad quatuor septimanas perdurat. Tertium denique stadium, est mitissimum; nunc morbus enim mutatur, dum vel immediate in sanitatem, vel in aliud morbum transit. Bonus est exitus, si insultus pauciores accidunt, vix quatuor vel sexies intra quatuor viginti horas; si vehemen-

ta eorum remittere incipit, vomitus rarius occurunt, euacuationes pectoris bene procedunt, sine nimis continuata aegroti tussi, et sine voce sibilante sub inspiratione, a glottidis spasmatica constrictione oriunda. Insultu tussis quolibet finito, viscidi muci excretio sequitur moderata, qui mucus sensim sensimque album colorem assumit; vires crescunt, febris desinit, aegroti omnes cibos, sine discriminâ admissos, ferre possunt, non morbos lese praebeant, sed bono sunt animo et somno non turbato fruuntur. Malus exitus autem tunc metuendus est, si febris quae antea remittens erat, postea in continentem mutatur sub qua excreatio muci cum manifesto morbi incremento augetur, atque, viribus tandem fractis, mortem adducit.

Stadiis tussis conuulsuæ nunc pertractatis, ad *Asthma MILLARI* regredior in quo quidem breviter describendo imaginem, a *MILLARO* Anglo, a) et deinde a Cel. *WICHMANNO*, b) nostrate, de practica medicina meritisimo ad viuum depictam imitabor, ita tamen, vt, si qua in re morbi facies, qualis a me obseruata fuit, quicquam ab horum virorum descriptione aberrauerit, id cancellis inclusum annotaturus sim: Asthma igitur illud acutum et periculosissimum, quod cum *WICHMANNO* omnino in laudem eius qui primus accurate hunc morbum descriptis, et medicos in eum rite dignoscendum et curandum attentos reddidit, *MILLARIANVM* appellare licebit, inter morbos acutos eosque periodicos ponendum est; pluribus enim insultibus lese post aliquod interuallum excipientibus asthmaticis, mortem tandem adduentibus certum, nisi periculum iusta auertitur, atque remissionibus interpolatis, in quibus bene se habet aegrotus, componitur. Teneri vel modo vel ante breve tempus oblaclati in-

a) *Bemerkungen über die Engbüßigkeit u. das Häbuerweh*, Lpz. 1769.

b) *Ideen zur Diagnosistik*, zwey Band, 1797. p. 91 sq.

fantes, magis ab eo corripiuntur, quam adulti et adhuc fugentes. Insultus nocte saepius quam die accedunt, in puerulis antea sanissimis, ita ut nihil fere tanquam causa occasionalis accusari queat. „Infantes, inquit (pag. 16.) MILLARVS, qui omni sanitate gaudentes, cubitum iuerant hora vna vel duabus praeterlapsis, anxii cum molesta respiratione et conuulsu in abdomine motibus euigilabant, facie valde rubra, interdum etiam plumbi fere coloris.“ Saepius tamen sub larua tussis catarrhalis leni febre stipatae per primum (vel priores) dies incedit, cum improviso violenta pectoris oppressio intret, quam infans tulus motibus et inquiete prodit. (WICHMANN pag. 102.) et si accuratius inquiramus, admissum antea refrigerium tanquam causa accusari potest. Sub inspiratione altissima et molestissima peculiaris sonus, qualis saepe in hysterieis insultibus esse solet, obseruatur. Est nempe clangosus et profundus simul, ita, ut ad aliquot pedum distantiam cum accurate discernere possis. Sub hoc insultu vrina parca et tenuis excernitur, cutis est siccata, nares non fluunt, nec tussis, si quae antea ad fuerat, iam vrget. Post aliquot vero horas turbae iterum compunctionur, respiratio fit libera, omnia symptomata ita abeunt, ut infans sanus et catharro simplici tantummodo labolare videatur; plerumque quidem ludibus puerilibus non ut antea delectatur (WICHMANN.) interim (histor. I.) laetissime post paroxysmum saltare vidimus puerum. Secundum MILLARVM, prior insultus, nisi vomitus, tussis, sternutatio aut alii solutio leuamen afferebat, iam morte in suffocatio adducebat. Horis vero octo ad decem (MILLAR.) vel duodecim ad virginati quatuor (WICHMANN.) vel pluribus adeo diebus (histor. I.) praeterlapsis, nouus paroxysmus isque grauior et longior ingruit. Interim, antequam hic accedit, aegrotus plerumque tristis et morosus est, quod MILLARVS pro certo signo prognostico redeuntis insultus habet. Nervorum etiam affectiones variae in intermissionis stadio saepe

incident. (MILLAR.) Evidem post primum insultum in tribus casibus ex templo raucedinem ortam vidi et quamvis respiratio libera videbatur, inspiratio tamen semper cum clangoso et profundo illo sono coniuncta erat. Tussis vero, quae nunc denuo redibat, ex inspiratione hac longa, clangosa et exspirationibus duabus aut tribus interrupitis constabat, quae tonum aequum clangosum et profundum producebant, qui cum canis voce comparari poterat. Ceterum per intermissionis tempus nec ego febris aliquod vestigium deprehendere potui, nec dolorem aliquem nisi in *laryngis regione* (histor. I.) unus ex his aegrotis accusabat. Secundus huius MILLARIANT asthmatis insultus vehementior iam vi aegrotum corripit, et quo saepius idem reddit, eo breuiora interualla libera aegroto concedit; eo vehementior semper est, et eo difficilior respiratio post eum superatum restat. Pulsus fit intermittens, tam parvus et celer, ut nec numerari nec explorari accurate queat. In quavis inspiratione humeri cum ingenti anxietate et violentia eleuantur; omnes, qui ad respirationem conferunt, musculi maxima cum vehementia contrahuntur, intestina et ventriculus intumescunt; caput et pedes sudore diffluunt, extremitates rigidae sunt, facies, coloris plumbei conspicitur, oculi concaui, labia, lingua et os internum sunt exsiccata. His sub symptomatibus aegroti, vel primo adeo in paroxysmo, plerumque tamen in tertio vel quarto vitam cum morte coimmutant, ita, ut vel omnia in peius ruant, pulsus celerrimi et intermittentes siant, foeces inuoluntarie abeant, tandemque suffocationi roratur, vel convulsiones dirae eundem enecent. Quodsi iusta medela inox adhibetur et res in melius vertuntur, tunc vel nullus omnino insultus reddit vel breuissimus simulque lenissimus est; remanet vero per plures adhuc dies raucedo et singularis ille sub tussi clangor; quo adhuc praesente, fides morbo nondum habenda est, nec medicamentorum usus seponendus, antequam hoc etiam symptomata in totum disparuerunt.

His

His pertractatis; *de diagnosi* quaedam sunt adiicienda. Nulla vero sunt, quae hoc respectu de tussi conuulsiva notanda esse credam. Eius quippe indoles ex descriptione satis patet. Eo' maiori momenti *asthmatis acuti* accuratissima diagnosis est; quod non solum cum pluribus morbis pectoris diuersae omnino indolis summam similitudinem habet, sed etiam nisi mox ab initio bene internoscitur et recte tractatur, in certissimam aegroti perniciem transit. Neminem quidem fore credo, qui, si prima vice accuratissime hunc morbum obseruatit, maxime vero ad subitam morbi invasionem, ad anhelationem anxiam, ad singularem omni sub inspiratione animaduertendum clangorem, deinde vero ad remissionem post aliquot horas intrantem, ad raucedinem et fortem profundumque cum tussi coniunctum sonum qui finito insultu, remanent, rite attendit, eundem cum alio quodam facile confundat. Interim vero cum hic morbus non tam infrequens sit, nec tamen plures scriptores de eodem mentionem iniciant; quid? quod celeberrimi et oculatissimi adeo medici eundem cum aliis commiscuerint, operae pretium omnino erit, si in diagnosi rite instituenda paulo adhuc morabimur. Et primo quidem aliquam certe cum *tussi* conuulsiva ipsa morbus noster habet similitudinem. Vterque enim ex catarrhalis tussi, quasi initium capit, in insultibus conuulsivis pectoris cernitur, atque sub his aer aegrotis procludi videtur. Differt autem nostrum asthema a tussi illa quam maxime; non enim epidemice ut haec grallatur; in insultu ipso omnis tussis absit, cum in hac insultus ex sola tussi vehementi et suffocante consistent, extra hos autem nulla raucedo; nec anhelatio animaduertatur. Si praeterea tussis extra insultum in asthmate sese manifestans ob clangorem profundum et fortem cum tussi conuulsiva conuenire videri posset, ipsa tamen tussis indoles in utroque malo differt. In conuulsiva enim tussi post longam eiulantem inspirationem plurimae abruptae exspiraciones sequuntur:

B

in asthmate vero nostro vix duas vel tres exspirationes vnam inspirationem excipere solent. Multo autem difficilius negotium est, vt asthma nostrum ab *angina illa*, quae *polyposa* appellari solet, a) rite di-gnoscatur. Vterque enim sibi tam similis est, vt Cel. Rvsh eosdem ab initio confunderet, commissum vero ab eo errorem deinde inge-nue confessus sit. b) Est autem *angina* haec morbus potius inflammatorius et typum etiā eiusmodi seruat. Incipit quidem saepe catarrhi in modum, respiratio in ea mox sit anxia, tussis vehemens, cum peculiari sono oritur et febris plerumque accedit. Distinguuntur autem hoc malum a nostro. 1) Ingressu suo, quatenus anhelosa respiratio eadem vehementia semper continuat nec per interualla liberior euadit et febris etiam ab initio ad finem perdurat. 2) Sono illo sub inspira-tione animaduertendo, qui in asthmate fortis et profundus, in hac vero angina, ob constrictam quasi glottidis rimam, altus, tenuis, acutus et pulli gallinacei voci est similis. 3) Tussi, quae in hac angina semper vrget, cum screatu et cum sono, qui pituitam in trachea hae-re luculenter docet, coniuncta; dum in asthmate nostro rario et siccata esse soleat. 4) *Epidemica constitutione*, cum angina haec semper

a) Home An inquiry into the nature of the croup, Edinb. 1767. et MICHAELIS de angina polyposa, Argent. 1778. Vocatur etiam angina membranacea, trachealis humida, suffocatio stridula; Anglis the croup; asthma vero the hives.

b) Medicinische Untersuchungen u. Beobachtz. Leipz. 1797. S. 188. quamvis vero vir summus nunc concedit, quod ante negauerat, nempe dari omnino anginam polyposam, i. e. in qua tubus quasi membranaceus seu polyposus in trachea efformetur, in eo tamen errat, quod asthma nostrum ad hanc anginam adhuc reuocauerit atque anginam trachealem in humidam et spasmodicam distinxerit. Vterque enim morbus natura differt atque aequalis virtusque denominatio facile imperito imponere posset.

— XI —

more epidemico in vulgus graffetur; asthma vero nostrum non nisi sporadicce occurrat. Posset deinde *asthma nostrum cum epilepsia*, etiam in parvulis confundi, cum autem spasimi in nostro morbo praecipue in viis respirationis obseruentur, et conuulsiones vniuersales certe ab initio rarissime accedant, respirationis summa oppressio asthma hoc facile ab epilepsia distinguit. Facile etiam cum *pectoris inflammatione* morbus noster commutari posset; in hac vero, pectoris musculi non tam vehementer contrahuntur, symptoma paulatim crescent nec per interualla abeunt, febris continua coniuncta est. Ab *inflammatione colli*, eo, quod non tam subito ad summum suffocationis gradum augetur et cum mutationibus partium in ore interno sitarum, quae vel oculis patent, tumore, rigiditate, dolore etc. coniunctae sunt, asthma acutum facile internoscitur. Denique a *catarho suffocativo* facile distinguitur nostrum malum; in illo enim tum inspiratio tam exspiratio sterterosa est et ex hoc ipso sonitu pituitam in pectore accumulatam esse mox animaduertimus.

Iam de *Prognosi in tussi conuulsua et asthmate acuto* instituenda quaedam addamus. Ex supra proposita tussis conuulsuae enarratione iam appareat, morbum per longum tempus infantes quam maxime vexare; neque minus vero morte saepe finitur; id quod ROSENSTEIN infantum morborum certe optimus obseruator, testatur, dum in Suecia intra sedecim annorum spatium 43393. infantes hoc morbo e vita ereptos fuisse admonet. Morbi vero lethalitas admodum magna obseruatur, si anni constitutio est perniosa, seu ut dicunt, maligna, aut aliae res superuenient. Vitium locale in pectore et pulmonibus, va-  
sa sanguinea laxa, habitus cachecticus, totius corporis debilitas, morbi praegressi, omnes cum aliis morbis et praecipue exanthematis complicationes morbi euentum admodum dubium et periculosum redunt. Bona signa sunt, si appetitus modicus manet, sitiis minus vr.

get, transpiratio vniuersalis et calida, excretiones alii, vrinae etc. rite procedant, et a naturali statu parum differunt; excreatio facile sine dolore in pectore absolvitur, insultus paulatim rariores redeunt; si nulla febris morbum comitatur aut parua, eaque in progressu cedit tandemque pituitae excretio etiam interrupitur pectusque liberum relinquit. Quemadmodum autem omnes morbi, qui celeriter ad finem pergunt et mox terminantur, tum per se, tum etiam, quod cum aliis natura admodum diuersis facile confunduntur, periculosisimi sunt, sic etiam asthma MILLARI tum per se iam summo cum periculo coniunctum est, tum vero etiam ob peruersam eiusdem cum aliis morbis commixtionem facilime mortem adducit eamque sibi relictum aut male tractatum certissimum assert. Quo longiora interim sunt intervalla et quo breuiores et leuiores paroxysmi, eo maior spes aegrotos seruandi manet. Hanc admodum augent euacuationes, si que per aluum et vias vrinarias aut cutem accidunt. Sacissime transpiratio vniuersalis totum corpus occupans, vrinae copiosae turbidae iumentosae cum sedimento celeriter fundum petente, seu diarrhoea, ut criticae excretiones considerandae sunt. Cutis, lingua secca et arrida, aliq[ue] adstricta seu foeces parcae et induratae, vrina clara, aquosa, siccitas nasi et oris, oculi splendentes, impuri, abdomen turgens, floccularum venatio, convulsiones nunc partiales nunc vniuersales, magna virium iactura, matris mammarum auersatio, si adhuc lactitant, lethalis morbi sunt signa. MILLAR. admonet, infantes, quibus matres breue tempus ante morbi invasionem mammas amplius praebere negant, et quorum corpus ex mutata viuendi ratione iam multum passum fuisset facilime a morbo violentia opprimi. His absolutis mox ad curationem vtriusque morbi me conuento. Cum enim omnes medici in eo conueniant, vtrumque morbum ad spasmodicosum classem esse referendum idemque tum symptomata et progressus

tum etiam curandi iatio a me et aliis felici cum successu instituta sat  
tis doceat; de natura eorumdem plura enarrare, esset superuacaneum.

Quod igitur *Indicationes Curatorias* attinet, eae in tussi conuul-  
sua et asthmate acuto Millari in uniuersum inter se conueniunt et his  
fere absoluuntur; debemus

1) Paroxysnum mitigare.

2) Sub intermissione causam morbi tollere. *Ad mitigandum igi-*  
*tur asthmatis acuti paroxysnum plures sub ipso insultu multa et certa*  
*remedia efficacissima adhibuerunt. Primi qui hunc morbum obserua-*  
*runt, minime dubitarunt, quin, exacerbante morbo, venaelectione in-*  
*sisteretur et moschus aliaque antipastmodica exhiberentur; deinde*  
*vero diaphoreticis v. c. spiritu Mindereri perspiratio per cutim promo-*  
*veretur etc. Millar ipse hanc methodum initio praxeos fe-*  
*cetus, sed cum spes cum falleret et morbi euentus expectationi suae*  
*minime responderet, aliam medendi methodum detegere stu-*  
*duit, in eaque inuenienda felix fuit. Venaelectionem, quae quidem*  
*ab initio vehementiam paroxysmi ex parte mitigare videbatur, sed*  
*quam mox grauior et vehementior priori insultu sequebatur, ut no-*  
*xiam non amplius instituit, et interne per os et anumi largas portio-*  
*nes Gurmani affae fooditae nempe ad vnicam vnam in spiritu Minde-*  
*reri solutam tum interne, tum externe per diei spatium exhibuit, eam-*  
*que moschho praestantiorum inuenit, quid? quod hoc medicamentum*  
*lubenter ab infantulis assumptum fuisse assuerat; externe ad restituendam*  
*regularē circulationem, vesicatoria, sinapismos, in nucha, in-*  
*ter scapulas et ad suras vel plantas pedum applicare, et vnguentum*  
*volatile cum camphora collo illinire iussit. Medicamenta externa et*  
*clysmata eo maioris hic sunt momenti cum interduim propter vehe-*

mentem spasmus phryngis et viarum respirationi dicatarum medicamenta per os locum plane non habeant. Quod ad secundam indicationem attinet continuatione medicamentorum enarratorum praecepit vero usu corticis peruviani nouus paroxysmus auertitur. Hunc corticem peruviam Millar<sup>a)</sup> de huius morbi curatione rite et feliciter inservienda optime meritus, omnibus aliis medicamentis praefert; quod quidem non est mirum; siquidem multis morbis, in quibus nervi maxime sunt affecti et in quibus robur solidorum, iustus reactionis gradus imminutus et peruersus est, praestansimum opem ferte potest. Cel. WICHMANNVS<sup>b)</sup> vero loco nauseosae asae foeditae Majchun tanquam specificum, cui certissime confidere liceat, tum in paroxysmo tum extra eum nullo alio admixto medicamento, laudat eiusque vires cortice peruviano non parum augeri contendit. Cel. Rush<sup>c)</sup> venaesectione vbi peripneumoniae signa coniuncta sint; 2) emeticis; 3) purgantibus; antispasmodicis, et inter haec maximis balneis calidis, opio, asa foedita et vesicatoriis opus esse docet! Vereor autem, ne priora tria medicamenta plus detinimenti in nostro malo afferant et Cel. Auctor malum, in quo haec adhibuit, cum angina polyposa confuderit. Si enim venaesctionem nonnunquam in plethoricis et sub inflammationis adiunctae signis utilem esse posse concedimus, raro certe erit adhibenda, nec contra malum nostrum ipsum sed ad complicationem tollendam; emetica autem vel parua in dosi porrecla, quae alias pectoris spasmos soluere posse creduntur, plus nocere mihi visa sunt, quid? quod ne emesin quidem sat magna et repetita tartari emetici dosi impetrari potui. Monendum adhuc esse duco, me feliciter

a) loc. cit. pag. 32 seq.

b) loc. cit. pag. 109.

c) l. c. p. 196. et a Dissertation on the spasmodic. asthma of children in a lettres to D. MILLAR. London 1770.

cissimo cum successu, ut ex sequentibus obseruationibus patebit, bal-  
nea calida, atque Extr. hyoscyami c. Tinctura Cantharidum, tum ad  
curandum, tum ad auertendum paroxysimum adhibuisse.

Paucis nunc curationem tussis conuulsivae exponamus. Pro  
varia autem, quam sibi quisque de natura et causa tussis conuulsivae  
proxima ideam formauit, nunc euacuaria, et emetica et laxantia et  
diaphoretica, nunc resoluentia, nunc irritantia, nunc anodyna, nunc  
antispasmodica, aut roborantia adhibuerunt. Sicut autem in aliis bene  
multis morbis accidit, vt, quo maior medicamentorum diuersorum  
copia ad eos vincendos apta et efficax decantatur, eo magis a vera et  
certa methodo eum curandi plerumque alieni adhuc simus, sic item  
etiam fere de nostro morbo affirmari potes. Interim vero mihi non  
licet, remedia, quamquam diuersa et sepe opposita, a viris clarissi-  
mis commendata et approbata, reprehendere, e contrario mihi per-  
suasum habeo, haec remedia omnia pro diuersa ratione anni consti-  
tutionis, aëris, aliarumque rerum, gravante tussi conuulsiva vim in  
corpus humanum exferentium, cum fructu adhiberi posse. Quodsi  
vero dicendum, quod res est, vel miasma sit in aëre contentum vel  
contagium ab uno homine in aliud transferendum, quod hanc tussim  
producat, cum eadem spasmoticae sit indolis; in eorum maxime me-  
dicamentorum usu, quae spasmodicam viarum respirationi inseruen-  
tium dispositionem auferunt easque ad vincendam, quae principium  
nocens, iis minatur, iniuriam, roborant habilioresque reddunt, salu-  
tem quæréndam esse; quoconque autem euacuando agunt remedia,  
vix alia ratione utilitatem in hac tussi afferre posse, quam hac, vt vel  
complicationem aliquam auferant, vel effectum morbi, nimiam ma-  
xime pituitae in pulmonibus et ventriculo accumulatae copiam elimi-  
nent; ceterum ad radicis evertendum malum tam parum valere, vt,

ob irritantes et debilitantes suas virtutes, morbum potius protractam  
alantque, mihi persuasissimum habeo. Iam paucis verbis remedia quae-  
dam praecipua a diuersis auctoribus in tussi conuulsua commendata,  
commemoremus. Vena sectionem ad tollendam congestionem san-  
guinis ad caput et pulmones valdopere commendant THOM. SYDEN-  
HAMVS. a)

ASTRYC, HVXHAMIVS, b) Iure vero ab aliis, BOURTON, LIEU-  
TAVD etc. propterea reprehenduntur, quod, nisi reuera inflammatoria  
complicatio adlit, ob vis vitalis debilitatem, quam inducit sanguinis  
euacuatio, plus damni inde timendum sit. Emetica et Purgantia pri-  
mis iam temporibus medici exhibuerunt ita tamen, ut semper inter  
eos magna disputatione vnu vel noxia emeticorum in tussi conuulsua  
obtinuerit. c) THOMPSON se ea felici cum successu adhibuisse con-  
tendit. d) Ad mucum viscidum resoluendum salia media tartarum  
emeticum in refracta dosi exhibuerunt LIEUTAUD, e) WEBER, ARM-  
STRONG f) et alii. BERGER dedit Moschum; PLENCK Extr. hyos. e)  
BUTTER Extr. Cicutae a) ROSENSTEIN Extr. nicotianae b) THEDEN,  
SCHEITEMANTEL, c) HUFELAND. Fl. Zinzi LETTSON, BUTTER,  
SCHAEFER, ARMSTRONG Tinctorium Cantharidum. SELLE Rad.

Ipe-

- a) Oper. medic. Tom. II. p. 272.
  - b) On the diseases of Children, p. 141. 154.
  - c) BASSEVILLE quaestio medica an tussi paeror. vulgo Coquelouche eme-  
sis? Praeside BOURDELIN, Paris. 1752.
  - d) Medicin. Rathschl. in d. Samml. außerk. Abbandl. Bd. III. p. 23.
  - e) Synopsis vniv. prax. med. Amstel. 1765.
  - f) Samml. außerk. Abbandl. Bd. IV. p. 109.
- a) BUTTER vom Kreibkraut.
  - b) ROSENSTEIN von den Kinderkrankheiten.
  - c) SCHEITEMANTEL Beytr. zur Arzneykunde, zweite Abtheil. p. 366.

Ipecacuanhae, vt antispasmodicum; MONRO et ARNOLD Opium;  
WOENSEL Lichenem pyxidatum Linn. cum cerevisia seu sero lactis in-  
fusum, d) MILLAR asam foeditam. WOLF e) Moschum egregie ipsi  
conduxit, praeterea vero Extr. hyoscyami plus opio contra hanc tussin  
valuisse et Tincturam Cantharidum in pertinacibus aliquibus casibus  
opem tulisse, refert. Nolo catalogum hunc pluribus, vt facile pos-  
sem, augere; sed hoc tantummodo monco, nos in aegrotis tussi con-  
vulsiva laborantibus, quibus auxilium ferendi nobis fuit occasio, Extr.  
hyoscyami et Tincturam Cantharidum, praemissis emeticis, felicissimo  
cum euentu exhibuisse, id quod ex sequentibus obseruationibus breui-  
ter subiungendis, magis patebit.

---

*Obseruationes Tussis Convulsivae.*

---

CAS. I.

Tres infantes, maior nouem, iunior quatuor, minor viii et dimi-  
dii annorum, tussi convulsiva laborabant. Exhibito die 11. Jul. anni  
1797, emetico, eademque medicina parua dosi per aliquot dies repe-  
tita, die 19. eiusd. mens. sequentem Mixtur. adhibui; nempe Rec.  
Extr. Cicutae drachmam sem. Aq. font. vnc. iv. Tinct. Cinamom. dr. ij.  
cuius natu maior cochl. vnum. iunior cochl. sem. minima cochlear  
paruum omni trihorio assumperunt. Haec mixtura ter reiterabatur.  
Die 5. Aug. Extr. Cicut. Serupl. jj. Tinct. Canth. dr. sem. Aq. vnc. iv.  
Tinct. Cinam. dr. ij. adhibebatur. Tussis in duobus natu maioribus  
die 24. Jul. iam debellata erat et quamvis in maiori post refrigerium  
primo ac deinde post quam ab alto delapsa erat, renouaretur, ad

d) Samml. auserl. Abhandl. f. pr. A. Bd. 6. p. 186.

e) HyFELAND Journal d. pr. Arzneykunde u. Wundarzneyk. 4. B. 4. St. 1794.

siue in mens. Iul. tamen omnis erat fugata; in natu minima vero usque ad 5. Aug. remansit.

## C A S. II.

**I**nfans, ante nouem annos natus febre parua quasi intermitte quotidiana, tussi conuulsiva cum vomitu semper post pastum inprimis incidente, per tres septimanas laborauerat. Vocab die 17. Iul. et Praescripto emeticio die 19. eiusd. exhibui sequens Rec. fl. Zinzi dr. sem. Sulph. antimon. gr. x. Sachar. vnc. sem. capiat omni bishorio quantum spice cultri capi potest. Febris ad diem 22. dam cum frequenti vomitu et tussi omni fere horae quadrante insultus suos renouante, persistit. Iam medicinam ex Spirit. Minder. vnc. j. Extr. hyosc. gr. vij. Syrup. diacodii vnc. sem. mixtam omni trihorio ad cochlearie paruum assunxit. Hoc medicamine usque ad 29. cum successu continuabatur. Febris enim mox cum tussi et vomitu mitigabatur ac deinde febris in totum disparebat; tussis iam nocte quietuit, vomitus rarissime ingruit, appetitus rediit. Eodem die cum vento se exposuisset et febris cum tussi aucta rediisset, ordino Cort. Peruvianii vnc. j. Coq. c. Aq. f. ad Colat. vnc. iv. Extr. hyosciam. gr. vij. Syrup. diacodii vnc. sem. M. Sumatur quotidie quinques cochl. vnum, et die 3. Aug. supra dictum Decoctum cum Hyoscyami extracti gr. viij. reiterabatur; die 5. mensis Augusti turbae iterum erant compositae et tussis moderatissima, quae die 8vo in totum siluit; die solummodo 18. terrore perculta puella nouum insultum patitur, qui vero porrecta sequenti medicina Rec. Extr. hyosc. Scrupl. sem. Tinct. Canthar. dr. j. Aq. f. vnc. iiiij. M. Sumatur quotidie quater cochl. sem. extemplo iterum debellatus est.

## C A S. III.

**T**res infantes, maximus 8. maior 5. et minor duos annos nati, tussi conuulsiva, per tres septimanas, tenebantur, die 28. Iul. auxilium de-

fiderabant; praemissis emeticis, die 31. Extr. hyosc. gr. vi. Tinctur. Canthar. scrupl. ij. Aq. f. vnc. iv. acceperunt; ita ut prior tria, alter duo, tertius vnum cochl. paruum indies quater sumeret; tam egrigiam autem haec medicina opem tulit, vt vna tantum vice repeti debuerit, omnesque die 6to Iul. a tussi iam efflent liberi.

## C A S. IV.

Infans 4. annos natus a die 23. mens. Iul. tussi cum fluxu sanguinis et narium cauitate vexabatur. Die 31. Aug. aduocatus, adhibui emeticum; tussis minori quidem vehementia continuabat; accepit inde a secundo vsque ad 8vum diem Aug. Extr. hyosc. gr. viii. fl. Zinzi gr. xv. Tussis adhuc erat vehementis cum haemorrhagia narium frequenti et sputis sanguineis coniuncta, sed tamen sine febre. Accepit nunc Extr. hyosc. gr. xvij. fl. Zinzi dr. sem. Tinct. Canth. scrupl. iv. secundum formulam antea allatam; 12mo tussis multum erat immunita, die vero 18mo omnis erat fugata,

## C A S. V.

Duo infantes, maior 4. minor 2. annorum per octo dies tussi convulsiva vexabantur. Exhibito die primo Aug. emetico, acceperunt a 2do ad 8vum diem hoc medicamentum. Extr. Cicut. dr. j. Tinct. Canth. scrupl. iv. Die octauo tussis minus vehementis, vomitu tamen adhuc stipite erat; praesertim in natu minori. Exhibebantur a die 9. vsq. ad 16. eiusdem mensis Extr. hyosc. gr. xvij. Tinct. Canth. dr. j scrupl. ij. Die decimo tussis vehementia iam multum fracta erat, noctu plane silebat, nec vomitum amplius excitabat; natu quidem minor diarrhoea sine dubio a dentitione orta his diebus afficiebatur; tussis tamen inde non augebatur, et in vtroque ad diem 16mum in totum disparuit.

## C A S . VI.

Duo infantes maior 7. minor 5. annorum ille per quatuordecim, hic per octo dies febricula et tussi conuulsua vehementi laborauerant; acceperunt die 7. Aug. emeticum et 9. eiusdem mensis Extr. hyosc. gr. viij. Tinct. Canth. scrupl. ij. Aq. f. vnc. iv. cuius mixturæ omni trihorio dimidiâ cochl. partem assumenterunt. Die 10. morbus in vitroque iam remisit. Extr. hyosc. scrup. sem. Tinct. Canth. dr. sem. vsq. ad 22. exhibitis tussi in vitroque pacata fuit; sed cum minor natu, propter commissa diaetae vitia vehementi tussi et pectoris oppressio ne corriperetur, emeticum reiterabatur. Et ad perfectam sanationem requirebatur adhuc medicamentum ex Extr. hyosc. scrupl. sem. Tinct. Canth. scrupl. ij. Aq. f. vnc. iiij. paratum,

## C A S . VII.

Infans 8 menses natus tussi conuulsua laborabat, accepit die 29. Iulii emeticum et die 2. mensis Augusli Extr. hyosc. gr. iv. fl. Zinzi scr. sem. Tinct. Canth. gts. 15 Aq. f. vnc. iiij. capiat omni trihorio cochl. parvum. Die 6. mens. eiusd. tussis adhuc continuabat, sed vero medicamentum praescriptum parentes non rite exhibuerant; hinc nota emesi ob pituitae in pectore accumulationem hoc die celebrata, id quod superat et alia mixtura ex Extr. hyosc. gr. iv. Tinct. Canth. scr. i. Aq. f. vnc. iiij. parata, ad diem 18. eiusdem mensis assumisit, quo tempore tussis infantem non amplius vexauit.

## C A S . VIII.

Infans 7. annorum, versus finem mens. Iulii febre intermitte et tussi prehendebatur. Exhibui die 2. Aug. tartarum emeticum primo ad emesin usque, deinde refracta in dosi ad 4. diem Aug. tunc accepit Pulerem laxantem cum mercurio dulci, qua methodo febris mox cera

rata

rata fuit; tussis vero continuabat et in conuulsuam paulatim transierat. Denuo aduocatus die 19. contra tussin conuulsuam exhibui Extr. hyosc. gr. viij. Tinct. Canth. scrupl. ij. Aq. f. vnc. iij. per diem cochlearia quatuor parua. Die 22. tussis magna vi adhuc continuauit, hinc dedi emeticum et, vt cum priori medicina continueretur iussi; inde tussis nocturno praecipue tempore iam remittebat. A. die 24. vsque ad morbi finem, qui versus 29. huj. mens. contingebat, Mixt. ex Extr. hyosc. gr. xxiv. Tinct. Canth. scrupl. iv. Sachar. alb. dr. ij. Aq. f. vnc. iv. adhibita adhuc est.

## C A S. IX.

**I**nfans 5. annorum per 14. dies, tussi conuulsuam vexabatur; die 4. Aug. aduocatus, exhibui *Extr. nucis vomicae* gr. iv. Ozymell. simpl. vnc. j. Aq. f. vnc. iij. capiat per diem quatuor cochl. Hoc medicamine tussis quidem extemplo mitigabatur; cum vero infans tertio mox die hoc respueret, dedi die 10. Aug. Extr. hyosc. gr. viij. Tinct. Canth. scrupl. ij. Aq. vnc. iij. Quo medicamento assumto, magna mox tussis remissio succedit. A. die 13. vsque ad 19. accepit iterum Extr. hyosc. scrupl. fem. Tinct. Canth. dr. j. quo assumto tussis plane cessauit; ab eodem vero medicamento assumto, praemissio emetico, frater eiusdem 7. annos natus, qui nunc eadem tussi corripiebatur, intra sex dies iterum conualuit.

## C A S. X.

**P**uer quatuor annos natus per 14. dies tussi vexabatur. Praescripti emeticum et die sequenti Extr. hyosc. gr. viij. Tinct. Canth. scrupl. ij. Aq. vnc. iij. capiat per diem cochlearia quatuor parua. Hoc vaicum medicamentum ad restituendam sanitatem sufficiebat.

D

## C A S . XI.

Duo infantes, maior 7., minor 5. annorum, tussi ille per 14. hic per 8. dies cruciabantur. Maior octo dies ante emeticum acceperat; vterque libero screatus sine vomitu gaudebat; dedi hinc Extr. hyosc. gr. x. Tinct. Canth. dr. j. Aq. vnc. iij. capiat omni bishorio cochl. per. vnum. Praeter hoc medicamen nil amplius ad tussin evertendam re- quirebatur.

## C A S . XII.

Infans vnius anni tussi conuulsua affecta, die 31. Iulii emeticum sumxit, deinde vero mixturam ex Cicutae Extr. scrupl. j. TR. Canth. scrupl. j. Aq. vnc. iij. paratam ad cochlearie paruum omni trihorio su- mendam iussi; sed cum tertia vice hanc medicinam sumeret, con- uulsiis moribus corripiebatur, qui vero mox iterum cessarunt. Altero die dimidiam dosin infantulo bis propinaui; sed cum motus con- uulsiui redirent, abstinui ab hac medicina. Interim tantum iam obti- nuerat, vt tussis, maxime inde mitigata, inter paucos dies sua spon- te iam cederet.

## C A S . XIII.

Infans 20. septimanas natus per 14. dies febricula catarrhalis et catar- rho laborauerat, qui tandem in tussin conuulsuam transferat; vocatus die 5to Aug. dedi emeticum, idque refracta dosi usque ad 9num diem Aug. vterius sumendum impero. Iam screatus liber euadebat. Die 9no Aug. Extr. hyosciam gr. iv. cum Aq. vnc. iij. ordino, cuius mixturae paruum cochlearie omni trihorio sumeretur; reuera etiam die 11mo iam tosse multum erat mitigata. Die 15to vero diarrhoea, qua multum pituitae excernebatur, cum magna inquiete, sine dubio a dentitione repetenda intrabat; tussis vero modica erat. Porrexi Decocci ex dr. vj. Cort. Peruiani parati vnc. vj. cui Extr. hyosciam

gr. vij. admiscebantur; capiat dimidium cochl. omni trihorio. Hac medicina sumta ad 27. diarrhoea et tussis quae inde a. 20. die denuo insurrexerat, siluerunt. Inter hoc tempus duo dentes prodierunt, maxima vero saliuæ excreatio et infantuli perpetua inquietus probabile geddebat, dentitionis negotium vterius a natura continuari.

Sed haec sufficiant; quamvis enim plures adhuc casus referre possem, tamen cum ex his elucescere credam, quid maxime hyoscyami extractum cum Tinctura Cantharidum iunctum, contra tussin conuulsuum praeflare possit; ex plurim casuum enarratione quid frugi expectari possit, non video. Aliqua interim his adiicienda ad. huc sunt; scilicet notandum esse credo, neque ab hyoscyamo neque a Cantharidum tinctura malum vnuquam symptoma procreatrum fuisse sed sub ytriusque vsu nec aluum obstructam nec vriæ excretionem vlo modo impeditam et laesam fuisse, quamvis vel febricula correpti essent infantuli, vel sputo cruento laborarent. Neque etiam post anni spatum vllum ex his aegrotis vel ex pectoris morbo laborasse vel adeo mortuum fuisse compertus sum. Extractum *nucis cornicae*, quod vno in casu adhibui, ob narcoticas suas virtutes, opem laturum esse sperabam, et reuera euentus expectationi respondit in casu IX. Sed summa nec celanda huius medicinae amarities impedit, quo minus plura cum eadem in infantulis tentamina instituere possimus. Extractum *Cientae* in casu I. V. et XII. efficaciam suam omnino probauit, ab hyoscyamo tamen manifeste superabatur. Quodsi in casu XII. motus conuulsui eius vsum sequebantur, remedium hoc similes effectus praeflit ac *Belladonae radicis puluis BVCINAVIO*<sup>a)</sup> qui eam ad grana duo bis in die infantilis, qui anni aetatem superauerant, exhibuit;

D 2

a) *Sammlungen für prakt. Aerzte*, 14. Bd. S. 6, 14 sq.

plerumque enim rubor et calor in facie et toto corpore cum deliriis  
et bulbi oculorum conuulsionibus sequebantur. Quamuis vero in meo  
casu aequa ac in iis, quos BVCHHAVIVS enarrat, tussis vehementia  
mox frangebatur, nolle tam talem horum medicamentorum he-  
roicorum dosin commendare, quae symptomata morbo ipso grauiora  
nec non periculosa adducit, maxime cum lenioribus dosibus similium  
quidem remediorum morbum cito et feliciter curari posse, experien-  
tia edoctus sim.

---

*Observationes de asthmate acuto MILLARI.*

---

CAS. I.

Puer duos et dimidium annum natus, sanus, tussi catarrhalii per ali-  
quot dies laborare inceperat, cum die 12mo Martii anni 1797 noctis  
tempore improviso a catarrho suffocatio corripere tur, qui tamen ali-  
quot post horas praeterit. Post meridiem die 12mi accersitus, video  
puerum laetum et sanum, hinc inde tussientem, ita ut solui pituita  
in pectore sed ab aegroto deglutiiri videretur; febris nulla, quae tan-  
tummodo leuis ab initio catarrhi vespere ingruerat. Nihil plane  
accusabat, quam dolorem in larynge; equidem vero raucedinem so-  
lummodo, praeterea vero nihil, quod morbosum esset, in respiratione  
detegere potui, si strepitum sub inspiratione et clangorem sub tussi  
excepisis. Ceterum edebat, ludebat, hilaris erat, non abambulabat  
solum sed saltabat adeo. Hinc prima vice catarrho suffocatio pue-  
rum laborasse mihi persuasum erat, et cum peius pituita oppletum  
videretur, ne paroxysmus rediret, porrigo tartari emeticci grana duo  
aquaee vnc iv. soluta, de qua medicina omni horae quadrante cochlear  
fumeret, donec emesis sequeretur. Sed quamvis intra quatuor fere

horas medicamentum consumisset, nulla tamen euacuatio, nec sursum nec deorsum secuta est. Altero die cum res eadem essent, idem medicamentum iterum incassum porrigo. Tertio, i. e. 14mo Martii tria grana tartari emeticci aqua soluta intra duas horas propino, qua medieina sumta unica vice vomitus sequitur, quo parum euacuatur. Die 15to cum bene se haberet aeger sed per hosce dies aliis fere obstructa fuisset, purgans remedium ex puluere ialappae et mercurio dulci exhibeo, quod bis eum euacuat. Die 16to bene se habuit, pituita in pectore soluebatur et libere expulsa. Sed vero hora secunda matutina diei 17mi noua suffocatio oritur, quae usque ad meridiem continuat. Vocor hora quarta matutina et sequentia symptomata inuenio; inspiratio erat molestissima altissima, vehementissima, pectoris et abdominis musculi ita laborabant, ut corpus in regione diaphragmatis diuidi, larynx vero summopere in altum eleuari videretur. Simul sub inspiratione sonus singularis animaduertebatur, non sibilans et galli paruuli voci similis, nec ut in iis, in quorum pectore pituita accumulata est, sed profundus et clangosus, qualis fere in asthmaticis esse solet. Tum si nunquam percipere potui. Iam cum malum, quod hucusque numquam adhuc vidisse, asthma acutum esse cognoscerem, ordino clysteres omni dimidia hora repetendos, una vice ex asae foetidae drachma dimidia soluta, altera vero ex tartari emeticci granis duobus aqua solutis parandos. Sed quamvis ad meridiem usque cum his continueretur, nihil tamen plane, ne alii quidem solutionem iisdem obtinuimus. Praeterea linimentum volatile cum camphora collo et pectori inungendum iubeo; internam autem medicinam, quam ex moscho ei paraueram, plane perhorruit. Versus meridiem credo puerum moribundum; pulsus enim, qui hucusque celeres quidem et parvi, simulque aequales fuerant, nunc minimi et celerrimi erant; oculi collabi incipiebant, anxietas et pectoris oppressio summa. Interim

hora prima post meridiem spasmus multum remiserat, puer iam potum quarebat, pulsus vero adhuc erant celerrimi, quamquam paulo magis eleuati. Ad vesperem video puerum quietiorem; pulsus inuenio multo celeriorem et debiliorem ac ante insultum; respirationem adhuc vehementem et molestam cum sono illo forti et clangoso sub inspiratione iunctam; tussis vero non amplius ut antea erat, qua pituitam solui audire credimus, sed creberrima et latratui canis maioris similis. Hac quidein meridie cum omnem omnino medicinam puer respueret, cum elysmatibus et inunctionibus continuaui et vescicarium ad nucham posui. Nox quietior iam sequitur, quamvis nouus insultus sed citissime praeteriens intrauerat; mane inuenio puerum ut heri vespera; iubeo ut cum medicina externa continuetur, quod tamen certe non accurate et ut ordinaueram, heri factum erat nec hodie siebat; versus meridiem nouus insultus et breui praeteriens sequitur, hora vero quarta, me absente, nouus isque fortior insultus ingruit; hora septima puerum iterum inuenio moribundum et reuera versus horam octauam vespertinam morte horrendam scenam ad finem perduxit, dum pulsus celerissimi et minimi, qui vix percipi poterant, ceterum tamen aequales erant, respiratio vero paulatim paulatimque magis opprimebatur. Sectio cadaueris non permittebatur. Monebat Exper. Praefes, qui hunc casum benebole necum communicauit, cum prima vice hoc in casu asthma acutum obseruasset; ab initio dubium ipsum de morbi natura fuisse, cum nempe partim per dolorem in laryngis regione, quem aeger post insultum primum accusauit, et in qua parte etiam extra paroxysmum impedimentum quoddam haerere videbatur, partim per tussim cum screatu iunctam simulque cum sono, qui latratum canis aemulabatur, ab asthmate infantum, quale hoc a MILLARO et WICHMANNO describitur, differre videretur; cum vero alter paroxysmus, quinque dies integros priorēm secutus, rem extra

omne dubium posuerit; vehementer ipsum doluisse, aegrotum omnem medicinam respuisse, parentes vero, qui omnem obiecissent spem, in clysmatum vsu non inslitisse: Mirandum autem videri, tantam eamque per tres dies repetitam tartari emeticis dosin, nec vomitum, nec alui solutionem promouisse quid? quod clausam potius hanc mansisse; id quod non nisi a spasmodica totius corporis conditione repetendum esse credit.

## C A S. II.

Frater pueri, cuius historiam modo enarrauimus, et aliquot modo septimanas post huius obitum natus, die 4to Decembris anni 1797. dum in octavo actatis mense versabatur, improviso hora quarta meridiana respirationis suppressione corripitur, quae eum noctis tempore strangulare minatur. Die quinto Decembris mane aduocato a parentibus mihi narratur, morbi insultum ei aequalem quam maxime fuisse, quo ante hunc annum mortuus affectus fuisset; iam puer hilaris et quietus, aliud vero aperta erat; interim respirationem molestem, cum sono illo antea descripto coniunctam inuenio et dum vagitus edebat, raucedo animaduerti poterat. Hinc cum de morbi indole dubitare non possemus, atque in tussi conuulsiva vires extracti hyoscyami et Tinctoriae cantharidum antispasmodicas satis cognitas haberemus, loco moschi carioris et ingrati faporis, vel asae foetidae mixtura ordinatur ex aquae et oxyphellis, singulorum vncia una, quae huius drachmam, illius vero grana quinque reciperet, ita ut quavis hora infantie cochleare paruum exhibetur. Ad vesperem infantem balneo tepido confido. Proxima nox quieta somnum concedit infantulo, nec per hunc diem nouus insultus intrat; aliud respondet. Ad meridiem ultra dimidium mixturae consumptum erat. Respiratio interim adhuc molestia cum sibilis forti iuncta erat, nec non tussim hinc inde per-

cepi, cuius sonus cum latratu canis comparari poterat, i.e. ex inspiratione longiori sibilante, atque duabus vel tribus exspirationibus cum singulari clangore emissis composta quasi erat; nec non raucedo continuabat. Sugere potuit quidem infans, neque tamē sine molestia, nec etiam per longius temporis momentum mammam tenere poterat. Versus meridiem, ne nimium medicinae praescriptae fidere videret; praescribo quatuor grana Moschi optimi, binis vicibus hoc die adhuc sumenda atque duo clysmata, quorum quodus drachmam dimidiam asae foetidae contineret. Interea, me quidem infcio et invito, mixtura nostra per hanc meridiem seposita fuerat. Ad vesperem infans iterum balneo tepido traditur. Nocte insequente bene quiescit. Septimo Decbr. manē raucedo immunita, respiratio liberior et tardior erat; aluum deposuerat infans; versus meridiem mixtura consumta erat et denuo cum granis vii. Extr. hyoscyami praescribitur; simul vero per hunc diem octo grana Moschi quaternis vicibus sumenda et drachmam asae foetidae duobus clysmatibus admiscendae ordino. Neque vero per hunc diem nec etiam nocte sequenti nouis insultus intrat; potius die quo raucedo magis adhuc immunita erat, tussis pituitam in pectore soluebat, nec cum clangore illo amplius coniuncta erat; respiratio multo liberior. Iam sola mixtura ut omni trihorio propinatur, iubeo. Die 9. et 10mo Decbr. res in melius adhuc vertebantur, nec nisi sub ciulatu raucedo animaduertebat; interim vero die 10mo mixturam illam denuo omni trihorio sumendam impero, quae post quatuor dies iterum consumta erat; iam vero, cum puer optime se haberet, nec vitium respirationis superesset, deinde medicinam seposui, nec vero etiam yllum symptoma, quod timorem iniicere potuisset, reuersum est. Ceterum mixturam optime tulit infantulus nec vrinae quidem excretio quicquam ab ea est turbata.

Cas.

## CAS. III.

Puer duorum annorum cui pater emeticæ medicinae, quam frater istius sumserat, residuum, nescio quæ ex causa, dederat, vomitu in die celebrato, et postquam ad vesperem refrigerium admirerat, die 19no Ianuarii anni currentis versus horam decimam vespertinam summa respirationis molestia corripitur, quae per noctem nunc mitior nunc vehementior continuat et pluries strangulare aegrotum minatur. Die 20mo mane respiratio erat brevis et molesta; dum aeger inspirabat, sonus quidam singularis fortiter sibilans in larynge percipi poterat. Ordino extr. hyoscyami scrupulum dimidium, tincturæ cantharidum drachmam unam et dimidiæ, aquæ uncias tres, oxytelliunciam, misc. capiat omni hora cochleare paruum. Leuiores et qui mox praeteribant insultus strangulationis pectoris variæ per hunc diem accedebant; proxima vero nox libera et quieta erat, et versus matutinum tempus sudor profluuerat. Die 21mo nullus insultus; tussis vero hinc inde clangosa, qua respiratio valde angustatur. Nocte sequenti variæ sed leuiores suffocationis insultus. Die 22do respiratio liberior et sonus sibilans sub inspiratione multum immunitus, versus vesperem a tussi respiratio iterum quicquam molesta redditur. Nocte sequenti tussis multa cum strepitu antea descripto et sine somno. Die vero 23tio omnia iterum pacata erant et respiratio libera reddita. Iam denuo mixtura praescribitur, omni bihorio tantum sumenda. Ab hoc vero tempore nullum insultus vestigium reuertebatur sed tum tussis tum respirationis angustia cum sono illo peregrino indies magis imminuebant tandemque aegrotum plane relinquebant.

T H E S S.

*Subitanea sanguinis suppressio in haemoptysi est necessaria.*

*Subitanea sanguinis suppressio in haemoptysi est necessaria.* **II.** *mib is mense mandocis menses*

*Vulnera magna linguae inficita interdum radicaliter sanari*

*possunt.* **III.** *menses menses menses menses menses menses*

*Pleuritidis aequae ac peripneumoniae sedem in pulmonibus esse,*

*arbitror.* **IV.** *menses menses menses menses menses menses*

*Operatio hydroceles tunicae vaginalis testiculi tutius per incisionem quam punctationem instituitur.*

## V.

Sine diaphoresi et diuresi, crisis perfecta etiam locum habere potest.

## VI.

*Non omnes inflammaciones externae debent semper resolui.*

## VII.

*In grauedine sternutatoria prorsus sunt reiicienda.*

## VIII.

*Vescatoria in febris putridis nullo modo sunt negligenda.*

## IX.

*Resolutio bubonum venereorum tunc est, quam suppuratione.*

## X.

*Purgantia draistica in arturitide non sunt adhibenda.*

CAROLVS SALOMO ZACHARIAE

I. V. D. IVR. FEVD. P. P.

IOANNI AVGVSTO SVLZBERGERO

S.

*Inter Medicos et Iureconsultos inde ab orbe condito summa iure meritoque intercessit necessitudo. Vestrum enim est, mortem accelerare, quo nobis hereditates non lucuosa obueniant. Nostrum est, trahere lites, quo homines, taedio odioque confecti, Vestram auctoritatem comiter venerentur. Tamen aliis rebus et momentis nostra, Amice Optime, amicitia coaluit; morum studiorumque similitudine, officiis, consuetudine. Itaque huius diei solemnitatem non ea de causa Tibi gratulor, quod vitae mortisque arbitrium hodie Tibi concessum est; sed quod Doctor Doctorem Te compellare possum. Iam vero pestis et cuncta morborum familia grassetur in genus mortalium, quo habeas materiam, in qua Tu a sepe peritia et sollertia exercere posse, uberrimam. Heu mihi! me et ipsum hominem esse memini. Sed quid, Te sponsore, metuam? Scribeb. Viteberg. a. d. XIII. Kal. Aug. MDCGCXCVIII.*

Wittenberg, Diss., 1796-98



f

6.





28  
1798,  
46

DISSERTATIO IN AVGVRALIS  
 DE  
**TVSSI CONVVL SIVA ET ASTHMATE  
ACVTO INFANTVM MILLARI**  
 —————·————·————  
 QVAM  
 GRATIOSI MEDICORVM ORDINIS AVCTORITATE  
 PRO SVMMIS  
 IN VTRAQVE MEDICINA HONORIBVS  
 CAPESSENDIS  
 PRAESIDE  
**D. FRIDERICO LUDOVICO  
KREYSIG**  
 PHILOS. ET MED. DOCT. PATHOL. ET CHIRVRG. PROF. PVBL.  
 ORD. VICAR. SOCIET. OECON. LIPS. SODALI HONOR.  
 DIE XXI. MENS. IULII CCCLXXXVIII.  
 H. L. Q. C.  
 AD DISPVTA NDVM PROPONIT  
 AVCTOR  
**IOANNES AVGVSTVS SVLZBERGER**  
 LVBBENA - LVSATVS  
 MEDICINAE CANDIDATVS.  
 —————·————·————  
 VITEBERGAE,  
 LITERIS TZSCHIEDRICHIL